Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1915
Quelle:
Copyright:

J. R. et in altera Epiſtola *Joanni Riteſel. Optimo Viro D. Guilhelmo Reiffenſtein* quinque, quarum tertia et quinta non repertae. Prior incipit: *Quo die a vobis diſceſſimus* &c. et laudes commendationemque *Nicolai* Quaeſtoris *Frankenbuſani* continet; Altera ſimul *Philippo Reiffenſteinio* inſcripta orditur: *Scio Vualenrodum his moribus atque hac dexteritate ingenii præditum* &c. et mox dictum *Matthæum de Vualenroth* Comiti *Stolbergenſi* commendari cupit. *Sonnabent poſt Jacobi* 1551. *Clariſſimo Viro D. Gregorio Pontano Juriſconſulto et Cancellario Principis Saxoniæ Electoris, Patri ſuo Chariſſimo*, binae Filii nomine ſcriptae. *Ad Amicum Phil. Mel. epiſtola Juueni cuidam præſcripta*, non reperta incipit: *Miſit nobis pater munus tuum Aue Chariſſime* &c. Gratias agit et diligentiam in literarum ſtudiis pollicetur. *Nobili et genere et literarum cognitione N. ab N. ſuo amico. Hieronymi Furerij Epiſtola ad Sodalem. Epiſtola P. M. cuidam diſcipulo præſcripta. Optimæ Indolis adoleſcenti Bernhardo Friſio amico ſuo*, non reperta incipit: *Magnam mihi voluptatem attulerunt tuæ literæ* &c. Laus et adhortatio amica, 4. *Dec.* 1535. *Magnifico Viro D. Chriſtiano Bair doctori Juris Cancellario, ſuo patrono*, non reperta incipit: *Scio vos nihil ardentius cupere, quam ut proſpiciatur Eccleſijs* &c. Querelae de earum neglectu. *Optimo Viro D. Guilhelmo Reiffenſtein, amico ſummo. Alia Epiſtola Philippi Mel.* Epiſtolae binae ἀνεπιγραφοι non repertae. Prior nomine *Melanchthonis* ad Paſtores quosdam, quibus moderationem ſuadet in negotio *Argentinenſium* et circa Decretum Senatus Imperii, hoc initio: *Mihi neutiquam videtur Opus eſſe, ut moueatis apud noſtrum principem eam rem* &c. Altera nomine cujusdam Academici *Vitebergam* ſtudiorum cauſſa delati ad Suos de rerum ſuarum ſtatu, hoc initio: *Cum haberem certum tabellarium exiſtimaui* &c. *Optimo Juueni M.* (Marcello) *docenti filios Guilhelmi Reiffenſtein. Clariſſimo et optimo Viro, D. M. L.* (Luthero) *Doctori Theologiæ, inſtauratori Euangelicæ doctrinæ, Patri ſuo Reuerendiſſimo in Chriſto.* Literae, quarum ſolae Επιγραφαι hactenus adſcriptae ſunt, in una ex ſupra dictis Collectionibus jam vulgatae habentur, ut monui.

IV. *fol.* 37. *Humaniſſimo atque doctiſſimo Viro, Philippo Melanthoni, Domino atque amico ſuo dilecto, Franciſcus Ottho dux B. et L.* Eſt is, ni fallor, *Otto* dictus *Junior Ottonis* ſenioris filius natus a. 1528. qui Literas has datas *Cellæ poſtridie Idus Octob. Anno* 1538. exaravit anno aetatis decimo, egregium documentum illius in Literas, Literatosque amoris, qui illuſtri Stirpi *Brunſvicenſi* domeſticus eſt. Ineunt illae: *Etſi propter ſummas ingenij tui dotes, atque excellentis doctrinæ laudem ſemper te com-*

plecten-